BOETHIUS. PORPHYRIUS
Heiligenkreuz, 12. Jh.
Seite 49r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=875
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

aut hoc. ita interpretari ut rationabiliter diceremus omissis. Longe enim melior ac uerior significatio ea usa est. ut probabiliter sese diceret permutaret. uel est ni preter opinionem ingredientium. atque certe quod introductionis est, primum. Nam cum ab imperitorum hominum memoria doctrine secretum altioris abhorreat. talis ei introductio debet. ut preter opinionem ingredientium insit. atque ubi melius probabiliter quam rationabiliter ut nos uidetur interpretati sumus. dum quos autem aut de isdem disputasse rebus. si ex illis maxime tractatum sequi. quae peripatetici aristotele duce reliquerunt. ut tota disputatio ad predicamenta euenat. Celtic comen lib primus

QUIDETUR AUTEM neque genus neque species simpliciter dici. Quem in expositionum principiis solet. cur unumquodque ceteris indisputationibus ordine preponatur. ut ut nunc in genere dubitari potest. cur genus species. differentiae proprietates accidentia que preponuerit. De eo enim primum tractat. Respondebimus itaque iure factum uideri. Omne enim quod uniuersale est. intra semet ipsum cetera concludit. ipsum uero non claudit. Maioris itaque meritum est. ac principalis naturae. quod ita cetera coherceat. ut ipsum naturae magnitudine nequeat a aliis contineri. Genus autem species intra se positas habet. earum differentias. propriaque nichilominus etiam accidentia. atque ut circa de genere erat inchoandum. quod cetera natura suae magnitudini coheret continet. Preter ea illa semper prima putanda sunt. quae si auferat quis. cetera pereunt. Illa posteriora quibus positis. ea quae ceterorum substantiam perficiunt conseruantur. ut in genere et in ceteris. Nam si animal auferat quod est hominis genus. homo quoque quod est species. et rationale quod est differentia. et risibile quod proprium et grammaticum quod est accidens. non manebit. et interemptum genus cuncta consumit. Sed non homine ei constituat ut grammaticum. ut risibile. ut rationale. animal quoque ei necesse est. Siue enim homo sit ratione animal. siue rationale. siue risibile. siue grammaticum. ab animalis substantia non recedit. Sublato autem genere cetera consumuntur. positis ceteris seiiciitur genus. Prior est autem natura generis. posterior ceterorum. Iure est autem